

O. 15. 98

pro meritis Jo. Adolphi t. Dic. Sar  
V. Weissenfels.

Xa  
4373

TRINAM  
IMMORTALITATEM  
In  
MORTALITATIS VALLE  
GLORIOSISSIMO  
EXEMPLIO  
GLORIOSISSIMÆ MEMORIAE PRINCIPIS  
ac DOMINI  
DOMINI  
**J OHANNIS  
A DOLPHI,**  
SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM,  
ANGARIÆ AC WESTPHALIÆ ET RELI-  
QUARUM SUBJECTISSIMA-  
RUM TERRARUM,  
DUCIS INCLYTISSIMI,

REPRÆSENTAT

**D. CHRISTIAN. WEIDLINGIUS,**  
Consiliar. Saxon. & Illust. August.  
p. t. Prof. Publ.





Uamvis Summi & legibus soluti Imperantes universali mortalitatis lege teneantur ; nihilo tamen minus ex Gloriosissimorum Regum ac Ducum adamantinis pectoribus trinam fulgere immortalitatem, extra dubitationis aleam positum. Immortalitate Politica splendidissima Rerum publicarum Capita radiare , nemini genuinorum Politicorum facile ignotum esse poterit. Sicuti vero haec successione immortaliac perpetua nititur : ita , deficientibus illustribus Fratribus , Agnatos illustri sanguine splendentes, post hos vero confraternitatis pæsto junctos ad prensandos vocat fasces. Gloriantur itaque gloria intumescentes Gallici Scriptores , Galliæ Reges morti haud esse obnoxios, quoniam in gloria stirpe nunquam deficerent glorioſi ſurculi , & in Sole Oriente perpetuo resplenderent aurei Occidentis radii. Mirum igitur haud eſt, quod illustris Regni Gallici quondam Cancellarius Brüllardus, cum post obitum Potentissimi Regis Henrici IV. metu & horrore perculſis animis Reginam Viduam ejulantem Regemque occubuisse clamantem audierit, infracta constantia lacrymas inhibuerit ſubjiciendo : Immortales Reges in Gallia nunquam moriuntur, Henrico in casum dato, stat Ludovicus, cuius ſaluti modo propiciendum non lacrymis, ſed precibus ac consiliis. Vid. Grammond. Lib. I. Histor. Gallic. ab Excesf. Henrici IV. p. 4. Gabr. Schwed. Introduc. in Jus Publ. Imp. Rom. Germ. Part. Spec. Sect. I. c. 32. f. 1. p. 708. Charron. l' histoire Univers. chap. 91. p. 637. Et quem Historicorum facile fugiet, praeter Gallos etiam Magnos magnæ Britanniæ Reges politicæ immortalitatis laudem non absq; justo jure vendicare ſibi poſſe, cum ſane omnes Angliæ oras ſequens personet ſolatium : Regibus Angliæ tela mortis haud nocent. Ignorat namque fortunatissimum hoc Regnorum Systema noxia maxime interregna, cum Rege fatis concesso plenisſimum Ma-

Majestatis & Regalium exercitium absq; præeunte no-  
va declaratione in Successorem legitimum devolvatur,  
salusq; publica gloriose promoveatur. Vid. Dn. de Fran-  
ckenberg *Erudit. delin. Rer. Publ. Seß. II. p. m. 188.* Si aciem men-  
tis nostræ in hodierni Imperii Romano-Germanici sta-  
tum convertimus, & insimul tam extraordinariæ Regis  
Romanorum electionis, quam universalium Vicariorum  
saluberrimum finem, qui prudens infelicissimorum in-  
terregnorum evitatio est, pensitamus, non possumus  
non immortalitatis gloriam, quæ supra hæreditariis Re-  
gnis ac Principatibus tributa, etiam certis in casibus libe-  
ra electione gaudentibus relinquere. Vivente namq; ad-  
huc Imperatore invictissimo ab Electoribus Rex Ro-  
manorum ut infallibilis Successor eligitur, qui absente  
vel impedito Imperatore imperium regat ac moderetur,  
mortuoq; ipso sine ulteriorie electione in titulos, dignita-  
tem & potestatem succedat. Vid. R. I. de anno 1555. pr. ibi:  
Uns als hiebevor erwohlten / & de anno 1566. pr. ibi: Daß wir gleich ic.  
Sleid. Lib. VIII. Histor. p. 129. Lib. IX. p. 140. Limn. in Addit. ad Capitul.  
Ferdin. I. p. 423. Ita Imperium certum habet successorem  
& immortalem Imperatorem, nec quicquam turbulenti  
ex ambigua electione, multo minus ex interreno me-  
tuendum est. Obices quidem confusionibus, vacante  
Imperio, Rempublicam turbare solitis, saluberrima illa  
Caroli IV. in Aurea Bulla duorum universalium Vicario-  
rum confirmatio quodam modo posuit; attamen ubi  
bellum civile imminet, vel vicinæ Respublicæ bello ar-  
dent, tutius omnino a periculo longius abesse, quam spe-  
randi illius incerta spe teneri. Burgold. Part. III. Disc. IV. Thes.  
2. in med. Et quid de æterna illustrium Virtutum fama di-  
cendum, quæ profecto in subiectissimorum subditorum  
cordibus Moralem parit Immortalitatem. Nullum igi-  
tur Gloriæs Princeps habeat splendidarum virtutum  
suarum & laborum diuturniorem fructum, quam perpe-  
tuo vivacem post mortem famam & immortalem me-  
moriā, admonente ita Isocrate ad Nicol. Orat. II. Egregia  
etiam

etiam Tacitus Politicorum parens' *W. Annal.* 40. in hanc  
rem facit verba: In eo stant cæteris mortalium consilia,  
quid sibi conducere arbitrentur: Immortalium Princi-  
pum diversa sors est, quibus præcipuarerum ad immor-  
talitatem famæ dirigenda. Vivunt nostri ex Illustrissimo  
Saxonum stemmate orti Illustrissimi Augusti per im-  
mortalem pietatis ac prudentiae laudem, florent Gloriosissimi Jo-  
hannes per gratiae ac munificentiae gloriam, immortalem honoris  
Splendorem, quem fortitudine heroica Christiani & divina fere sapientia  
Friderici sibi compararunt, nulli temporum lapsus, nullæ invidiarum nebulæ obscurabunt. Quoniam vero religiosis ac generosis  
Imperantibus Imperans Imperantium ac Rex Regum æternam glo-  
riam, immortalem vitam & incomparabilem felicitatem gratiosissi-  
me parare promisit, mentis oculi in sedem illam jucundissimam, in  
celestem Paradisum dirigendi, ubi Animæ Illustrissimæ insertæ arbo-  
ritatæ, propagatae ad scaturigines aquarum viventium, ea possident  
bona, quæ immutabilia & sempiterna sunt. O æternam immortalitatem & immortalem æternitatem! O gloriosissimam gloriam nulli  
menti humanæ comprehensam! Illuxit iterum per Dei gratiam solen-  
nis illa lux glorioissimæ memoriae SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI JOHANNIS ADOLPHI, DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CIVILÆ AC MONTI-  
UM, ANGARIÆ AC WESTPHALIÆ, ALIARUMQUE; DOMINI AC NUTRITI NOS-  
TRI, DUM VIVERET, CLEMENTISSIMI, dicata. Tantum vero abest, ut lacrymarum fluitibus vix arefactam Albam Petram de novo irrigare,  
& Sanctissimos Manes Sanctissimi Principis inanibus lamentis in-  
quietare sustineamus; ut potius Illustrissimam Animam inter consor-  
tia cœlestium Principum exultantem ob trinam, qua coronata est.  
Immortalitatem longe felicissimam deprædicare nunquam inter-  
mittamus. Vivit Illustrissimus JOHANNES ADOLPHUS in Imperatorum  
& Regum animis. Vivit in tot glorioisis imaginibus Glorioissimorum  
Principum, qui JOHANNEM ADOLPHUM Satem ac Parentem Glorio-  
sum laudant. Vivit in nunquam delenda memoria subiectorum sub-  
ditorum. Vivit Immortalis Animæ in sinu æternitatis cincta sancto-  
rum Angelorum & fidelium choro. Quod nostrarum est partium,  
crastina luce, favente gratia Numinis, hora IX. devota veneracione  
expedire conabimur, hoc est, repræsentando incomita Oratione  
EXEMPLAR GLORIOSI PRINCIPIS gloriosem memoriam Glorioissimi  
quondam nostri Nutriti recolere allaborabimus. Omnes igitur li-  
terarum Patronos & Cultores, quos Leucopetra admiratur & fovet,  
ut exoptatissima præsentiae splendor ac favore hunc actum illustris-  
orem reddere non nolint, demisse ac per amanter rogamus.

P. P. die XXIII. Maji. An. MDCCVII.

ULB Halle  
001 556 320

3



Xa  
4373

In marken so. Arolshof Dec. 18.  
Weissenfels.

# TRINAM IMMORTALITATEM

In

ALITATIS VALLE  
DRIOSISSIMO  
EXEMPL  
SSIMÆ MEMORIÆ PRINCIPIS  
ac DOMINI  
DOMINI  
HANNIS  
DOLPHI,  
ULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM,  
AC WESTPHALIÆ ET RELI-  
RUM SUBJECTISSIMA-  
RUM TERRARUM,  
IS INCLYTISSIMI,

REPRÆSENTAT

TIAN. WEIDLINGIUS,  
ur. Saxon. & Illustr. August.  
p. t. Prof. Publ.



Farbkarte #13

		B.I.G.					
		Black	White	3/Color	Magenta	Red	Yellow
		6	7	8	9	10	11
		12	13	14	15	16	17
		18	19				
		1	2	3	4	5	6
		7	8	9	10	11	12
		13	14	15	16	17	18
		19					
		Centimeters					
		1	2	3	4	5	6
		7	8	9	10	11	12
		13	14	15	16	17	18
		19					
		Inches					
		1	2	3	4	5	6
		7	8	9	10	11	12
		13	14	15	16	17	18
		19					